176

1511.

# Sigism: I. Rex Poloniæ Joanni Lubrański Eppo Posnanien —

Srmus Dnus Rex Hungariæ Fr nr charissimus scripsit ad Nos Lras quarum exemplum Vræ Paternitati mittimus, quod de congressu Nro mutuo, mutat hac vice sententiam, itaque Vra Paternitas sumptum in apparatum ne fecerit verum de novi Mgri in Prussiam constitutione non est nobis indormiendum. Meminit Vra Pttas deliberationem Nram super hoc negotio fundatam fuisse ad congressum Nrum cum Srmo Rege Hungariæ, qui cum mutatus sit necessario aliæ viæ aggrediendæ sunt Nobis, ut Mgr in Sententiam Nram trahatur. Itaque postulamus à Vra Ptte, ut nobis Consilium suum perscribant, quomodo servato Nro et Rni nri decore, incedendum sit, ut negotium hoc cum dignitate Nra transigamus, et nos Regnumque hac Sollicitudine liberemus. Et si quid novi de statu ordinis habeat nobis significet. Nam verisimile est Vram Pttem non ignorare, quæ apud vicinos agantur.